

Ad cognoscendam conclusionem demonstrationis non oportet cognoscere de subjecto *quid*, sed utimur quandoque effectu loco definitionis causae. i, 140, b.

Adveniente demonstratione, idem habitus qui habet rationem fidei, potest habere rationem scientiae. v, 385, a.

Quid demonstretur ad sensum? vi, 161, a.

DENOMINATIO

Nullus gradus formae denominat subjectum, nisi sit ultra medium latitudinis ejus. ii, 149, a et b.

Illud a quo aliquid denominatur, non oportet quod sit semper forma ex natura rei. ii, 318, a-332, b.

Diversa denominatio secundum diversam generis naturam. ii, 327, b.

Utrum actio denominet agens denominatione extrinseca? iii, 38, b-60, b, in fine.

Ad denominationem; quare? v, 50, a, in fine.

Proprietas partis non denominat totum absolute, quando talis proprietas potest convenire toti et parti. v, 149, a-156, a.

DEPENDENTIA, DÉPENDERE

A quo dependet usus specierum intelligibilium? ii, 362, b.

Dependentia scientiae a suo objecto. ii, 405, b.

Forma, per se, et secundum rationem formae, non dependet nisi a Deo. iii, 30, a.

Dependere a Deo non convenit uniformiter omnibus, sicut nec creari. iii, 56, b.

Duae sunt dependentiae formae, quibus scilicet dependet a Deo, et a subjecto. iii, 141, a.

Dependentia speciei intelligibilis ab objecto. iii, 309, a.

Dependens essentialiter a natura generis, non necessario dependet ab aliquo signato sub illo, sed ab omnibus sub disjunctione. iv, 30, b.

Dependentia unius individui ab alio. iv, 180, a.

Qua dependentia unum analogorum ab alio dependet? iv, 498, a.

Qualis et quotuplex sit dependentia naturae assumptae a persona assumente? v, 8, a-12, a.

Nullus effectus dependet essentialiter ab actione creature, sed tantum a divina. vii, 22, b, in fine.

DESIDERIUM

Quomodo desiderium differt ab amore? i, 76, a et b.

Quodnam est naturale desiderium intellectus creati relate ad cognitionem? v, 221, b, in fine, et inde.

Differentia inter desiderium et spem. v, 338, a, circa finem-345, b.

Deus potest esse objectum immediatum desiderii, licet aliquando sit non totale. v, 345, b.

Desiderium naturale in cognoscentibus, quid? vii, 37, b-39, b.

Omne desiderium humanum in futura beatitudine satiabitur; et quotuplex? vii, 164, a, et inde.

DESPERATIO

Desperatio potest stare sine infidelitate; et quomodo? v, 349, a et b.

DETERMINARE, DETERMINATIO

Determinatio intellectus ad unum tripliciter potest esse. i, 3, a, et inde-iv, 232, a.

In appetibilibus, brutum determinatur ad unum, non autem homo. Quare? ii, 441, a.

Determinatio divini velle, quid addat ad ipsum? ii, 587, a.

Causa secunda determinat *esse*. iii, 102, b.

Nisi quiddam determinat sibi genus, determinat sibi speciem. iv, 30, b.

Ab eo quod non est nec potest simul esse cum determinato, potest aliquid determinari ordinabiliter, licet non effective. iv, 86, a.

Quid facit determinationem intellectus, ut scilicet determinate sistat in aliqua consideratione, et non in alia? iv, 216, b. Quomodo voluntas, cum sit de se indeterminata, potest determinare se et etiam intellectum? Et quomodo etiam determinatur ab intellectu? iv, 220, a-224, b-245, a et b.

Unde proveniat determinatio agentis ad alteram partem? iv, 229, a.

Determinatio intellectus aut voluntatis in Deo non tollit contingentiam a rebus. iv, 251, a.

De determinatione actus. v, 294, a, et inde-300, a = vii, 141, a.

DEUS, DIVINUM

Deus est subjectum et objectum formale theologiae. i, 48, b. Intellectus divinus non indiget enuntiabili. i, 56, b, et inde.

Deus non potest odio haberi nisi per accidens. i, 99, b, et inde-102, a-143, a = iii, 351, b = vii, 188, a.

Propter hoc quod aliquis Deum odio habeat, non est haereticus. i, 102, a.

Deus non potest odio haberi ab his qui eum per essentiam vident. i, 145, a et b = v, 436, b.

Deus non potest pro statu viae a nobis cognosci immediate et per essentiam suam, vel in se. i, 120, b = ii, 175, a = v, 372, b.

Quem modum tenere debemus ad cognoscendum Deum in hac vita? i, 121, a-139, a, et inde.

In via possumus cognoscere Deum ex suis et in suis effectibus. i, 122, a.

De Deo non cognoscimus in via nisi *an est*, et *quia est*, non autem *quid est*. Quis sensus? i, 122, a et b-139, a et b.

Deus potest in via immediate cognosci, ita quod ad cogitandum de Deo non oportet cogitare de alio. i, 122, b.

Non est contradictio cum dicitur, de Deo immediate cogito, et tamen Deum non immediate cognosco. i, 123, b.

In statu viae possumus habere aliquem conceptum de Deo proprium, et similiter aliquam speciem Deo propriam. i, 124, a.

Eodem conceptu quo viator concipit creaturam potest concipere Deum, licet nomen significans illum conceptum non dicatur univoce de Deo et creatura. i, 124, a.

Nullum nomen a nobis impositum dicitur univoce de Deo et creatura. i, 125, a-359, a-361, b-401, a = ii, 172, a.

Utrum ens dicatur univoce de Deo et creaturis? i, 129, b, et inde-141, a, et inde.

Summa Dei cognitio nobis possibilis in via, quare? i, 139, b.

Negationes in Deo non sunt certa per aliquam affirmationem. i, 141, a.

Hac propositio, *Deus est*, secundum se est per se nota, non autem quoad nos. i, 145, a.

Utrum haec propositio, *Deus est*, si per se nota beato? i, 147, a-150, a.

Cognitio Dei quomodo sit nobis naturaliter inserta? i, 150, a, in fine.

Deus nullo modo potest dici compositus, etiam secundum rationem. i, 160, a, et inde-162, a.

Plures rationes de Deo dicuntur, in quo sunt subjective, et in quo fundamentaliter? i, 160, b.

Licet Deus sit unum formale conceptibile in se, est tamen multiplex secundum rationem viatori. i, 161, b, in fine.

Deus est unus. Probatur multipliciter. i, 164, b et inde.

Solus Deus non est effectus. i, 165, a.

Deus est causa non solum finalis, sed etiam effectiva, secundum Aristotelem et Commentatorem. i, 169, a et b ii, 534, a et b, etc.

Solus Deus est bonus per essentiam, caetera omnia per participationem. i, 179, a-180, b.

Substantia creata, etiam per Dei potentiam, non potest separari quolibet accidente. i, 185, a.

Deus non posset separare proprias passiones a subjecto, nec a se invicem. i, 218, b iii, 56, a = vi, 182, b.

Intellectus in Deo non habet rationem potentiae, nec comparatur ad suum intelligere sicut potentia ad actum, nisi secundum nostrum modum intelligendi. i, 219, b, in fine-276, b = ii, 369, a.

Hoc nomen *Deus*, et quodlibet aliud concretum substantiale, significat distincte quidditatem vel essentiam; indistincte autem, supposita illius naturae. i, 222, a ii, 171, b.

Hae propositio, *Deus non generat Deum*, est falsa. i, 224, a.

Hoc nomen *Deus* convenit cum terminis communibus, et cum discretis; et in quibus? i, 224, b.

Ista propositio, *Deus non generat*, non aequipollet huic, *Essentia divina non generat*; sed huic, *Nihil quod subsistit in divina essentia, generat*. i, 225, a.

In hac propositione, *Deus non generat*, negatio intelligitur precedere, et totum negare. i, 225, b.

Hae propositio est vera, *Deus genuit Deum*, et non solum vera, immo propria. i, 226, a.

Quae sit naturalis suppositio huius termini *Deus*? i, 226, a-227, a et b.

Utrum in hac propositione, *Deus creat*, ly *Deus* supponat pro persona? i, 226, a in fine-226, b, in fine.

Utrum ly *Deus* supponat pro tribus personis, cum dicitur: *Regi saeculorum*, etc.? i, 226, b-227, a.

Utrum hoc nomen *Deus* possit quandoque pro essentia et quandoque pro persona supponere? i, 226, b-227, a.

In solo Deo non differt suppositum et natura, abstractum et concretum? i, 231, b.

Essentia divina differt ab aliis formis in duobus. i, 248, b iii, 227, a.

Qualiter in divinis dicatur passio? i, 252, a.

In divinis relativum dicitur multipliciter. i, 255, a.

Essentia divina est principium omnium actuum divinarum. i, 259, a.

Essentia divina est principium actus generationis, sub ratione qua essentia est natura. i, 259, b.

In divinis, quid dicat potentia generandi in recto, quid in obliquo? i, 271, a et b.

Duplex distinctio in his quae de Deo dicuntur. i, 276, b.

Voluntas in Deo non habet rationem potentiae, nisi secundum nostrum modum intelligendi. i, 276, b.

In divinis, licet proprietas personalis teneat locum principii individuantis, non tamen contrahit aut determinat divinam essentiam. i, 294, b.

Quomodo inveniat in divinis ratio individui? i, 295, a.

Deus non est proprie in aliquo genere, nec potest habere differentiam suam constitutivam. i, 333, b-358, b, et inde-362, b.

Deus non est in genere reductive. i, 334, b.

Relatio invenitur in divinis etiam secundum rationem generis; et quomodo intelligatur remanere in eis aliqua secundum rationem generis vel speciei? i, 360, b, et inde.

In divinis nullo modo totum universale invenitur. i, 360, b.

Quenam est differentia inter actionem divinam et actionem predicamentalem? i, 361, a iii, 28, a.

Scientia Dei et scientia nostra non sunt ejusdem generis. i, 361, b, et inde.

In Deo non solum sunt attributa, sed etiam eorum rationes. i, 375, a.

Juxta doctrinam S. Thomae, in Deo multae sunt formalitates, secundum unum sensum; et, secundum alium, non est in Deo nisi una formalitas. i, 376, a.

Nulla Dei perfectio est diffinibilis. i, 391, a-392, b-406, b, in fine.

Deum distincte et intuitive cognoscere perfectiones suas potest dupliciter intelligi. i, 391, a, in fine, b.

Omnēs perfectiones divinae sunt in Deo unitissime. i, 394, a ii, 417, b, et inde.

Dupliciter contingit aliquem conceptum predicari de Deo quidditative; et in quonam sensu aliquis conceptus est quidditative communis Deo et creaturis? i, 400, b, et inde.

Ratio divinitatis inadequata, prout est ratio quam habet viator, est substrata aliis rationibus attributalibus de Deo; secus de adequata. i, 404, b.

Divinitas, eo sapientia, quo essentia. Quis sensus? i, 406, a?

Nomina dicta de Deo non sunt synonyma. i, 406, b.

Absolute de Deo predicantur nomina attributalia; et quid significant? i, 407, b.

In quonam sensu rationes attributorum habent in Deo proximum fundamentum? i, 412, a-413, b.

Nihil imperfectionem includens est in Deo subjective vel formaliter; secus ut in fundamento suae veritatis. i, 414, a.

Utrum *nunc* possit aliquomodo Deo attribui? ii, 6, b-9, a.

Utrum in Deo sit aliqua duratio? ii, 8, a-10, b.

Quidquid agitur in toto decursu temporis, divinus intellectus intuetur in tota sua aeternitate quasi praesens; nec tamen id quod agitur in quadam parte temporis, est existens in tota sua aeternitate. ii, 10, b-424, a, in fine-449, b.

In Deo non est amor zelativus, vel incentivus, nisi metaphorice. ii, 16, b.

In divinis relatio distinguit personas, non autem essentia. Quare? ii, 29, a.

Relatio in divinis non distinguit ut est res; sed hoc habet ex sua ratione. Quis sensus? ii, 29, b-343, b.

Prius et *Posterius* non sunt in divinis nisi secundum modum intelligendi. ii, 42, b.

Amor non solum in divinis, sed etiam in nobis, procedit a verbo, sed imperfectius in nobis. ii, 53, b.

Utrum Deus posset dici debitor, et quomodo? ii, 88, a-500, b iv, 279, a et b-280, a.

Deus non diligit de novo creaturas, sed ab aeterno. ii, 92, b.

Ex hoc quod Deus immutabiliter diligit creaturas, non sequitur quod eas de necessitate producat. ii, 93, a.

Deus nihil vult necessario absolute, nisi bonitatem suam. ii, 93, a.

Qua necessitate Deus diligit justum et odit vitiosum? ii, 93, b.

Quomodo posset Deus, vel non posset unam formam in subjecto remittere, contraria non intensa? ii, 121, b, circa finem.

Ex hoc quod Deus non videt aliquam charitatem factibilem infinitam, non sequitur quod videat maximam quam potest facere, sed quod, quacunque factibili visa, videt majorem. ii, 136, a.

Deus est a nobis diligibilis in infinitum in potentia, non autem in actu. ii, 136, b.

Quomodo actus dilectionis Dei, possibilis haberi in via, continetur in nostra voluntate? ii, 136, b.

Amor tripliciter sumitur in divinis; et primo modo est quid commune toti Trinitati, et appropriatum Spiritui Sancto; secundo modo est proprium Spiritui Sancto; tertio modo est quid notionale. ii, 146, b-333, a.

Amor personalis, vel notionalis, in divinis, est illud quo omnia dona nobis donantur. ii, 147, a.

In divinis personis necesse est ponere aequalitatem. ii, 152, b.

Aequalitas in divinis fundatur in quantitate virtutis. ii, 152, b-153, a.

Aequalitas et similitudo in divinis non sunt relationes a

- relationibus personalibus secundum rem distinctae, sed bene secundum rationem vel intellectum. II, 153, b.
- Equalitas in divinis non importat negationem majoris et minoris, sed habitudinem quam talis negatio consequitur. II, 155, a.
- Equalitas et similitudo et identitas in divinis sola ratione differunt. II, 155, b.
- Divina potentia est omnipotentia; quae ad aliquid quidem comparatur ut ad operatum, ad aliquid vero ut ad operationem. II, 166, a-308, b.
- Potentia passiva non est proprie in divinis, sed solum grammaticaliter; nec distinguitur ab activa quae est in Deo. II, 167, b-505, a et b.
- In divinis dare et accipere sunt idem realiter; et tamen dare non est accipere. II, 168, a.
- Deus dicitur omnipotens quia potest omne possibile; et hoc possibile non distinguitur contra necessarium, sed est possibile logicum. II, 169, b-509, a.
- Nullum nomen proprie dicitur de Deo, quantum ad modum significandi. II, 170, a.
- Aliqua nomina proprie dicuntur de Deo, quantum ad rem significatam, et quaedam non, sed solum metaphorice. II, 170, b.
- Nomina quae proprie dicuntur de Deo, quae scilicet significant perfectionem simpliciter, prius dicuntur de Deo quam de creaturis. II, 170, b.
- Nullum nomen a nobis impositum significat divinam essentiam ut in se est, sed solum secundum quod representatur in perfectionibus creaturarum. II, 171, a.
- Nullum nomen a nobis impositum significat Deum secundum ejus simplicem et proprium ei soli conceptum. II, 171, b.
- In divinis sunt quatuor modi significandi. II, 184, b.
- De modo quo numerus est in divinis. II, 207, a, et inde.
- Relatio ut subsistens, in divinis, quid? II, 213, b.
- Licet relatio ex natura relationis habeat constituere et distinguere in *esse* relativo divinas hypostases, non tamen ex natura relationis habet distinguere aut constituere illas in *esse* hypostatico subsistente, seu personali. II, 216, b.
- In divinis non est aliqua participatio. II, 225, a.
- Quare divina essentia possit secundum rem *esse* communis pluribus? II, 225, b.
- In divinis, licet sit unum tantum subsistere, non tamen una tantum subsistentia. II, 225, b-233, b, in fine, et inde.
- Licet essentia divina velit et intelligat, non tamen acquiritur quod sit suppositum. II, 225, b, in fine.
- In divinis relatio non presupponit suppositum constitutum, immo constituit. II, 228, a.
- In divinis relationes oppositae non possunt *esse* in eodem supposito, sicut possunt in creaturis. II, 228, b.
- In divinis hypostasis non est ens per accidens, quamvis essentia et relatio in ea uniantur. II, 228, b.
- Relatio, in divinis, sub diversis rationibus diversa constituit; et quid prius, secundum intellectum? II, 230, a.
- In divinis eadem relatio significatur per haec tria, scilicet Pater, paternitas, et generatio; sed diversimode. II, 231, a.
- Divina essentia dat et personis et relationibus subsistere. II, 234, a.
- Nulla modo concedendum est quod in divinis sit nisi unum *esse*. II, 234, b-343, a = v, 9, a-76, b.
- In divinis actio non dicit rem de predicamento actionis, sed potius divinam essentiam cum relatione. II, 235, b = III, 27, a-28, a-54, a.
- In Deo, etiamsi omnia sint sine fluxu, possunt tamen plura intelligi per modum actionis. II, 240, a.
- In perfectione divina plus continetur quam significet quodcumque nomen dictum de Deo. II, 240, b.
- Licet omne *intelligere* in nobis sit *dicere*, non tamen in Deo. II, 243, b.
- Nomen cogitationis non proprie dicitur de Deo. II, 260, b-261, a.
- Utrum et quomodo relationes divinae sint infinitae? II, 266, b-270, a.
- Notiones sunt ponenda in divinis. II, 271, a.
- Uti in divinis nominibus concretis et abstractis, eis non praepjudicat. II, 271, a-280, a.
- Quomodo principium dicatur in divinis? II, 271, b, et inde.
- In divinis non competit nomen causae. II, 272, a.
- Utrum in divinis sint plures proprietates? II, 273, a, et inde-277, a, et inde.
- Quomodo in divinis ens et res praedicentur singulariter vel pluraliter? II, 277, a, et b.
- Quomodo in divinis verificentur locutiones transitivae? II, 279, a.
- Deus non refertur ad creaturas relatione reali. II, 283, b, in fine, et inde.
- Utrum hoc ideo sit quia divina essentia, cum sit illimitata, non est infra idem genus cum creatura? II, 296, b, et inde-308, b, et inde.
- Utrum Deus aeternaliter referretur ad creaturas quae non erant. II, 297, b-309, b.
- Utrum Deus realiter referatur ad creaturas ex tempore? II, 297, b-309, b.
- Deus non potest transferre relationem, vel aliud accidens, de subjecto in subjectum. II, 308, a et b.
- Deus est realiter dominus et creator, etc., non per relationem realem suam, sed creaturam, et propter eadem potentiam, etc. II, 309, b.
- Deus refertur ad creaturas relatione secundum rationem. II, 312, a.
- Talium relationum quaedam sunt in Deo ex tempore, quaedam vero ab aeterno. II, 313, a-430, a in fine, b = v, 139, a.
- Dei ad creaturas *esse* relationem rationis ex tempore, potest intelligi multipliciter. II, 317, b, in fine.
- Equalitas ponit in Deo relationem secundum rationem. II, 318, b.
- Equalitas in divinis non est divina essentia. II, 319, a.
- In divinis aequalitas dicit duo; et quae? II, 325, a.
- In quonam fundantur relationes originis in divinis? II, 325, b.
- Amor personalis in divinis quomodo se habeat ad Patrem diligentem? II, 327, b-328, a.
- Utrum in divinis concedendum sit quod aliquis amor producat? II, 331, b-333, b.
- In divinis, duo amores, scilicet essentialis et notionalis, distinguuntur solum secundum rationem. II, 333, a.
- Divina essentia et proprietas relativa sunt idem realiter. II, 336, b.
- Quomodo in divinis distinguantur paternitas et filio? II, 342, b, in fine.
- Qualiter debeat intelligi quod in divinis relatio comparata ad essentiam sit ratio sola? II, 344, a.
- Ad quemnam sensum exponendum est illud Augustini, quod relationes non praedicantur de Deo secundum substantiam, nec secundum accidens? II, 344, b.
- In divinis, eadem res distincta secundum rationem, est communicabilis et incommunicabilis. II, 345, a.
- Licet essentia divina et relatio sint eadem res, tamen essentia non est eadem convertibiliter relationi. II, 345, b.
- Respectu operationum immanentium non est potentia in divinis. II, 361, a-565, a.
- Deus posset separare ab intellectu suum *intelligere* prout dicit actum intelligendi, secus prout dicit *esse* formae cum relatione ad intellectum. II, 365, a = III, 281, b.
- Intelligere* in Deo est actio, sed non elicit a potentia. II, 365, a.
- Deus est intellectivus. II, 369, a.

Intelligere Dei est sua essentia. II, 369, b.

Intelligit et videt Deus non per aliam speciem quam per suam essentiam. II, 369, b = IV, 190, b.

Utrum secundum verum modum intelligendi sit Deo attribuenda ratio intellectus? II, 370, a et b.

Sola essentia divina est primum et principale objectum divini intellectus. II, 371, a.

Deus cognoscit alia a se sicut in essentia sua visa. II, 371, b.

Deus cognoscit alia a se propria cognitione, scilicet non solum in communi, sed etiam in quantum sunt ab invicem distincta. II, 372, a.

Deus cognoscit singularia, et ut distincta. II, 372, b-388, a. Creaturae intellectae a Deo, sunt secunda intellecta respectu divini intellectus. II, 373, b.

Deus intelligit tantum se (XII *Metaphys.*) Quis sensus? II, 373, b-461, a.

Utrum in prospectu divini intellectus sit evacuata divisio continui? II, 376, a-384, b-385, a.

Utrum in prospectu divino possit poni magnitudo infinita? II, 376, b-385, b.

Utrum in divino prospectu sint evacuatae species numerorum, seu infinitum numero? II, 376, b, et inde-385, b, et inde.

Divina essentia est aequae universalis secundum actualitatem et virtutem, sicut ens secundum predicationem. II, 383, b.

Nulla est subalternatio entis communis ad objectum divinae scientiae. II, 383, b.

Quale esse habeant res in intellectu divino? II, 384, a et b-387, a, circa finem.

Deus cognoscit infinita, non tamen per modum infiniti. II, 385, a-541, a, et inde-557, a.

Quaelibet pars continui in divino intellectu est divisibilis et indivisibilis; et quomodo? II, 385, a, in fine, b = V, 227, a et b.

Licet Deus nullam magnitudinem tam magnam intelligat, quin intelligat maiorem, nunquam tamen intelligit infinitam. II, 385, b.

Nunquam invenitur dictum a sanctis, nec vere aut proprie dici potest, quod Deus sit speculum creaturarum, sed bene e contra; est tamen Deus exemplar creaturarum. II, 386, a-420, b = VII, 251, b.

Deus intelligit aliquid extra se. Quis sensus? II, 387, a.

Nullus discursus est in intellectu divino. II, 388, a-394, b = IV, 195, a.

Scientia Dei est speculativa et practica. II, 393, b.

Scientia Dei non est habitualis. II, 394, a.

Scientia Dei non est discursiva, vel ratiocinativa. II, 394, b.

Divina scientia non componit aut dividit, neque Deus intelligit componendo et dividendo. II, 394, b.

Deus omnia simul intelligit. II, 395, a.

Deus cognoscit enuntiabilia et complexa. II, 395, b.

Divina scientia, seu divina cognitio, non est universalis, vel particularis. II, 395, b.

Scientia Dei est causa rerum. II, 396, a.

Inter scientiam Dei et rem causatam ab ipso est duplex medium. II, 397, a.

Scientia Dei est hybridus. II, 397, a.

Divina scientia non est imitatio scientiae nostrae, nec equivoca, sed analoga. II, 398, b.

Utrum scientia Dei de se distinguatur secundum rationem a scientia quam habet de creaturis? II, 399, b-400, a-402, a, in fine, b.

Utrum Deus habeat scientiam practicam non solum de creabilibus fiendis, sed etiam de non fiendis. II, 400, b-402, b.

Utrum Deus, intelligendo essentiam uniuscujusque, intelligat omnia quae de eo predicari possunt? II, 401, a-403, b-462, b.

Distinctio scientiae quam Deus habet de se, et scientiae

quam habet de creaturis, non est intelligenda secundum disparationem, sed secundum precisionem. II, 402, a, in fine.

Cognita divina potentia, cognoscuntur omnia quae virtualiter in ea continentur. Quis sensus? II, 404, a.

Qua ratione divina essentia, licet sit species qua divinus intellectus est in actu, est primo intellectum a divino intellectu? II, 404, a.

Scientia Dei est causa rerum, secundum quod habet voluntatem adjunctam. Quis sensus? II, 405, a.

Multitudo intelligibilium a Deo intellectorum, non est extra intellectum divinum. II, 406, a.

Rationes creaturarum in Deo sunt plures et distinctae secundum respectus rationis, licet sint eadem secundum rem. II, 407, b.

Ille plures rationes sunt plures ideae. II, 407, b.

Licet Deus non habeat ideam proprie nisi de cognitis ab eo practice, habet tamen rationes de cognitis ab eo practice et speculative. II, 409, b.

Non omnia distincta in re habent proprias et distinctas ideas in Deo, proprie loquendo de idea. II, 410, b.

Mala non habent propriam ideam in Deo; nec materia prima, aliam ab idea formae vel compositi; nec accidentia per se, aliam ab idea subjecti; secus de accidentibus per accidens; nec genera aut species, aliam ab idea individui. II, 410, b, et inde.

Illa tantummodo habent distinctas ideas in Deo, quae distinctae sunt facibilia. II, 411, a.

Omnia quae habent in Deo ideam, aut rationem, vel similitudinem, sunt vita in Deo. II, 411, a.

Res verius sunt in Deo quam in seipsis. II, 412, a = VII, 244, b.

Intelligendum tamen hoc est quantum ad esse, non autem quantum ad esse hoc. II, 412, a.

Utrum divina essentia sit idea creaturarum? II, 414, b, et inde-422, a, et inde.

Utrum, si de ratione rerum naturalium non esset materia omnino, res essent verius in Deo quam in propria natura? II, 417, b-424, a.

Deus non est formaliter omnis entitas, ut justus, sapiens, etc., per rationem divinitatis; sed illative. II, 420, a.

De modo quo divina essentia representat distincte creaturas. II, 421, a, et inde.

Intellectum a Deo, quid? II, 423, b.

Utrum Deo competat formaliter duratio? II, 426, a-428, b.

Deus est in omnibus creaturis non sicut pars essentiae aut sicut accidens, sed sicut agens adest ei in quod agit. II, 431, a.

Deus est ubique, non solum sicut in omni re, sed modo speciali est in omni loco. II, 431, a et b.

Deus generaliter est in omni re triplici modo, scilicet per praesentiam, essentiam et potentiam; licet aliquibus specialibus modis sit in aliquibus creaturis. II, 431, b.

Utrum ex hoc quod movens et motum sunt simul, Deus sit ubique? II, 432, a, in fine, et inde-435, b = III, 123, a, et inde-130, b, et inde.

Utrum Deus sit in Sanctis per gratiam sicut objectum in operante? II, 433, b-437, b.

Utrum praesentia Dei in rebus sit praesentia intuitus? II, 434, a-437, b.

Utrum Deus sit in rebus per potentiam, sicut rex in regno? II, 434, a-438, a.

Praesentialitas Dei in rebus, quid? II, 435, a.

Quid sit fundamentum praesentialitatis seu simultatis Dei ad creaturas? II, 437, a.

Quomodo Deus sit in illo qui eum diligit habitualiter tantum? II, 437, b.

Cur Deus non dicitur esse principaliter in sua essentia quam cognoscit, sicut per hoc quod cognoscit creaturas dicitur esse in eis. II, 437, b.

Similitudo essendi regis in regno non perfecte exprimit

modum quo Deus est in rebus per potentiam. II, 438, a et b.

Modi essendi Dei in creaturis, quomodo distinguantur, et in quo fundentur in Deo? II, 438, b.

Licet Dei voluntas consequens semper impleatur, non tamen generaliter necessitatem rebus volitis imponit. II, 440, a et b-577, b.

Divinus intellectus et divina scientia sunt prima radix contingentiae in creaturis. II, 440, b, in fine-441, a.

Quomodo scientia Dei habeat necessariam habitudinem ad res, et quomodo non? II, 441, b-465, b.

Licet in Deo sit mera necessitas, actus tamen divinae voluntatis habet contingentes habitudines ad objecta secundaria. II, 444, b.

Scientia Dei attingit necessario omne intelligibile, non autem voluntas omne volibile. II, 447, a-465, b.

Deus non cognoscit futura ut futura sunt, immo aeternaliter cognoscit ea ut sunt in seipsis. II, 448, b-465, a.

Licet futura producantur a suis causis successive, non tamen Deus cognoscit ea successive. II, 449, a.

Licet Deus non cognoscat futura ut futura sunt, tamen cognoscit contingentia esse praesentia sibi, et futura aliis. II, 449, b-472, a.

Cognitio Dei de futuris est infallibilis et certissima. II, 450, a.

Divina cognitio de futuris magis dicitur providentia quam praeventia. II, 450, a.

Utrum immutabilitas divinae scientiae rebus scitis necessitatem imponat? II, 451, a-456, a-468, b.

Quodcumque contingens Deus scivit esse futurum, necessario scivit illud esse futurum, sic quod ista est necessaria absolute: Deus scivit Antichristum esse futurum. II, 451, a.

Propositio de futuro quod Deus scivit futurum, est uno modo necessaria, et alio modo non. II, 452, b-459, b-471, b, et inde-495, a.

Deus scit aliquid esse futurum, quod tamen nunquam erit. II, 453, b.

Utrum contingentia rerum ponat mutabilitatem in scientia Dei? II, 456, b-469, a.

Quomodo ideae sint in Deo ante actum voluntatis, et quomodo non? II, 464, a.

Infinite ideae sunt actu in Deo. II, 465, a.

Scientia Dei est necessaria in se, non autem quantum ad habitudines ad scita extra. II, 465, b.

Quodcumque enumerabile Deus scivit, scit. Quis sensus? II, 466, a-469, a.

Licet habitudines scientiae Dei ad scita extra, fundentur super actum divini intellectus, qui actus est necessarius, non tamen sunt necessariae. II, 466, b.

Predicta contingentia scientiae Dei quantum ad habitudines, quid sit, et cui inhaereat? II, 466, b, in fine, et inde.

Non eandem habitudinem habet actus divinae scientiae ad scitum, quam habet actus voluntatis ejus ad volitum. Scitum quippe est immutabiliter verum pro mensura pro qua subditur divinae scientiae. II, 468, b-469, b.

Ex hoc quod Deus scit futura esse sibi praesentia, non sequitur quod verum sit illa esse vel fuisse creata nunc, vel ab aeterno. II, 472, a.

Scientia quam habet Deus de rebus creatis, ad modum scientiae artificis consideranda est. II, 479, a.

Quid est dispositio in divinis? II, 479, a, et inde.

Contingens super quod transit actus divinae cognitionis, non est absolute necessarium. II, 487, a.

Utrum divinum *velle* sit semper ut in egrediendo? II, 492, a-493, b, in fine, et inde.

Utrum scientia visionis in Deo possit se extendere ad alia quam ad quae se extendit? II, 492, a, in fine-494, b.

Potentia divina non est principium secundum rem divinae actionis, sed secundum rationem, quamvis sit principium

secundum rem illius quod producitur per actionem Dei. II, 494, a-506, a, in fine, b.

An Deus possit scire quod nescit, aut plura scire quam sciat, nec tamen propter hoc sit mutabilis? II, 494, b = v. 230, b.

Multa eveniunt contingenter, non obstante divina providentia, praescientia, praedestinatione, etc. Quis sensus? II, 495, b.

Deus vult omnes homines salvos fieri, tripliciter exponitur. II, 497, b.

Quomodo Deus reprobet sine nota crudelitatis? II, 504, a.

Divina potentia non est aliud ab ejus essentia secundum rem, sed solum secundum rationem. II, 505, b.

Divinae potentiae activae non correspondet aliqua potentia passiva eam adequans, licet materia prima multas formas possit a Deo recipere, ad quas non est in potentia naturali, licet sit in potentia obedientiali. II, 507, a.

Deus indidit materiae duplices rationes; scilicet causales vel obedientiales, et seminales. II, 508, a.

Deus potest omnia facere. II, 508, b.

Deus non potest facere illa quae sunt potentiae passivae, nec illa quae sunt contra rationem facibilis, nec illa quae ejus derogant voluntati vel scientiae. II, 510, a.

Deus non potest facere duo opposita simul inesse eidem secundum idem; nec quod praeteritum non fuerit; nec aliquid sibi aequale. II, 510, b-515, b, et inde-521, a, et inde.

Deus nullo modo peccare potest, aut alium ad peccatum inducere, ita quod nullo modo potest esse causa peccati. II, 511, a = III, 338, a = IV, 425, a et b.

In Deo non differt secundum rem potentia absoluta et ordinata, nec potentia creativa, generativa et spirativa, sed secundum rationem; et quid haec omnia? II, 511, a.

In his quae divinae potentiae attribui possunt, est quadruplex ordo seu distinctio. II, 512, a.

Cur Deus id solum non possit, quod implicat contradictionem? II, 514, b, in fine, et inde-518, b, et inde = III, 98, b = IV, 49, a.

Deus non potest facere hominem vel animal absque membris organicis. II, 515, a-519, a.

Non est facibile, etiam per Dei potentiam, quod substantia corporea sit sine quantitate. II, 519, a = III, 190, b = VI, 235, b.

Deus non potest facere non solum quod est impossibile per se, sed etiam quod est impossibile per accidens. II, 521, a, et inde.

Deus non est infinitus secundum quantitatem molis continuam, vel discretam, sed secundum magnitudinem spiritalem. II, 523, a.

Deus non est infinitus privative, sed negative. II, 523, b. VII, 255, b.

Non solum Dei virtus est infinita negative, sed etiam ejus essentia, sapientia, et omnia quae in eo sunt. II, 523, b.

Licet divina potentia habeat infinitatem ex essentia, aliquem tamen modum infinitatis habet divina potentia, quem non habet essentia. II, 524, b, in fine-525, a = VII, 255, b.

Divina potentia duobus modis habet rationem infinitatis. II, 525, a.

Infinitas divinae potentiae sufficienter arguitur ex creatione rerum ex nihilo. II, 525, b.

Supposita aeternitate primi motus, argui potest infinitas divinae virtutis seu potentiae. II, 527, a.

Infinitas divinae potentiae concluditur ex activitate nostri intellectus. II, 528, a.

Utrum creatio, ex hoc quod nulla est proportio inter nullam potentiam et aliquam, divinae potentiae infinitatem arguat? II, 529, b-533, a.

Utrum Deus moveat primum caelum executive, vel tantum per modum finis? II, 530, a, et inde-534, a, et inde.

Deus albedinem sine quocumque subjecto creare potest. II, 532, a.

Deus est ipsum *esse* subsistens. Quis sensus? II, 532, b — III, 200, a.

Deus non potest facere aliquid simpliciter infinitum, sed bene secundum quid. II, 536, a.

Deus potest facere aliquam formam infinitam in ratione suae speciei, tam substantialem quam accidentalem. II, 536, a, in fine, b.

Deus non potest facere multitudinem aut magnitudinem dimensionem actu infinitam. II, 537, a, in fine, b.

Data quaecumque forma intensibili existente in subjecto, Deus potest eam intendere ad duplum, et ad triplum, et sic sine statu, ita quod nunquam perveniet ad tantam perfectionem, quin ad maiorem Deus eam perducere posset. II, 538, b.

Deus non potest producere aliquam creaturam ita perfectam, quin maiorem et perfectiorem in specie producere posset. II, 538, b.

Quaecumque rem productam Deus facere potest meliorem accidentaliter, non tamen essentialiter. II, 539, a, in fine.

Deus potest facere universum in infinitum melius quam sit, quantum ad aliquid, et quantum ad aliquid non. II, 539, b.

Universum posset fieri a Deo melius septemplex. II, 540, b.

Non repugnat Deum producere aliquam creaturam quae cognoscat infinita secundum numerum, vel secundum speciem, puta infinitas partes continui, vel infinitas figuras, quae sunt in continuo in potentia. II, 540, b.

Utrum Deus possit aliquam formam intensibilem et remissibilem facere infinitam intensive in sua specie? II, 546, a, et inde-556, b, et inde.

Utrum Deus posset facere infinitos mundos specie distinctos? II, 551, a-560, a.

Deus non potest facere animalitatem, vel humanitatem, vel aliam formam totius de cuius ratione sit materia, esse subsistentem per se. II, 554, b.

Deus non posset facere relationem subsistere sine fundamento et termino. II, 555, a.

Licet Deus possit quamlibet partem continui ab aliis separatam conservare, non tamen omnes collectivae; sicut quodlibet creabile potest creare, non tamen omne simul. II, 555, b.

Deus non potest continuare divisionem partium proportionalium continui secundum divisionem partium proportionalium temporis, puta horae. II, 556, b.

Licet Deus noverit infinita distincte, non tamen potest velle quod omnia illa sint actu. II, 557, a.

Intellectus noster differt ab intellectu divino quantum ad quatuor. II, 561, b.

In Deo est voluntas. II, 563, a.

Dei voluntas est ejus essentia secundum rem, licet differat secundum rationem. II, 563, b.

Velle divinum non dicitur a divina voluntate secundum rem, sed solum secundum nostrum modum significandi et intelligendi. II, 564, b, in fine-565, a.

Nullus actus divinae voluntatis dicitur proprie dolor vel tristitia. II, 565, b.

Nullus actus divinae voluntatis, secundum propriam rationem, dicitur spes vel desiderium. II, 566, a.

Appetitus non competit Deo secundum propriam rationem. II, 566, a.

Nullus actus divinae voluntatis est proprie timor vel penitentia. II, 566, a.

Nullus actus divinae voluntatis habet proprie rationem irae aut invidiae. II, 566, a, in fine, b.

Licet nullus actus divinae voluntatis habeat proprie rationem odii respectu alicujus rei, metaphorice tamen dicitur Deus aliqua odire. II, 566, b.

Deus non potest velle malum. II, 566, b.

Deus secundum similitudinem dicitur aliqua odire dupliciter. II, 567, a.

Aliquis actus divinae voluntatis habet rationem gaudii vel delectationis. II, 567, a.

Aliquis actus divinae voluntatis habet rationem amoris. II, 567, b.

Aliquis actus divinae voluntatis potest dici amor amicitiae proprie, et aliquis quasi amor concupiscentiae. II, 568, a.

In divina voluntate non est aliqua virtus per modum habitus. II, 568, a.

In divina voluntate non est fortitudo nec temperantia secundum propriam rationem qua dicuntur virtutes morales. II, 568, b.

Ratio justitiae distributivae salvatur in divina voluntate secundum propriam rationem; non autem commutativae, nisi secundum quandam proportionis aequalitatem. II, 568, b — IV, 277, a-278, a et b.

Tam passiones quam virtutes morales quae existunt circa passiones, possunt Deo attribui metaphorice; et ex hoc dicitur Deus metaphorice iratus, misericors, penitens, tristis, fortis, mansuetus, et sic de similibus. II, 569, a et b.

Utrum in Deo sit ponenda formaliter ratio odii? II, 570, a-571, b, in fine.

Utrum amor et gaudium et delectatio in Deo ratione differant? II, 570, a-572, a.

Utrum Deus amet creaturas amore concupiscentiae ex eo quod vult eis bonum? II, 570, b-572, a.

Habetne locum in Deo ratio justitiae commutativae? II, 570, b, et inde-572, a, et inde — IV, 277, a, et inde.

Divinum *velle* non potest a nobis intelligi nisi per modum eliciti. II, 571, a, in fine, b.

Deus in puniendo non servat aequalitatem inter culpam et poenam. II, 572, b.

Licet principale volitum a voluntate divina sit sola divina essentia, tamen Deus vult alia a sua essentia. II, 573, a.

Licet divina voluntas eadem volitione velit divinam essentiam et alia volita, non tamen necessario vult alia, sicut necessario vult divinam essentiam. II, 573, b.

Divina voluntas, quicquid vult, aeternaliter voluit, et ad ea volenda determinata est; et omnia quae vult, necessario vult, necessitate absoluta, vel necessitate suppositionis. II, 574, b.

Quomodo divina voluntas sit ad utrumlibet respectu creaturarum volitarum? II, 574, b.

Liberum arbitrium in Deo salvatur? II, 575, a.

Licet divina voluntas circa creatura nihil necessario absolute velit, vult tamen aliquid necessario ex suppositione. II, 575, b.

Deus aliqua vult voluntate antecedente, quae non vult voluntate consequente; et unde sumatur in eo ista distinctio voluntatis antecedentis et consequentis? II, 576, a, in fine, b, et inde.

Si Deus vult aliquid voluntate beneplaciti, necesse est quod illud fiat. II, 579, a.

Utrum *velle* divinum sit productivum creaturarum, proprie cadens super eas? II, 579, b, in fine, et inde-586, b, et inde.

Utrum Deus determinet se ad volendum aliquid ab aeterno per aliquod *velle* intrinsecum? II, 581, b, et inde-588, b, et inde.

Utrum *velle* divinum attingat aliquod volitum in particulari secundum omnes condiciones illud singulare circumstantes, sic quod tale *velle* sit efficax, nec possibile impediri? II, 582, b-589, b.

Utrum *velle* divinum circa causata habeat causalitatis rationem? II, 582, b, et inde-589, b.

Utrum Deus omnem voluntatem creatam necessitare possit, necessitate naturaliter precedente, vel quomodo? II, 583, b-590, a.

Utrum Deus possit nunc nolle quod nunc vult? II, 584, b-590, b.

Utrum auctores dicentes, *Id quod Deus vult, necessario*

- erent, intelligant de necessario absoluto, aut de conditionato? II, 585, b-591, a, in fine, et inde.
- Quid addat determinatio divini *velle* ad ipsum? II, 587, a.
- Nec in Deo, nec in creaturis agentibus per voluntatem, possibile est sequi determinatum effectum exterius, nisi precedente determinatione interiori. II, 589, a.
- Divina voluntas ad amandum se determinatur ex natura sua; ad volendum vero alia, per intellectum et sapientiam; et intellectus determinatur per voluntatem, quantum ad exercitium actus, etc. II, 589, a et b.
- Licet Deus amet creaturas, non tamen delectatur in illis. II, 589, b.
- Actus divinae voluntatis respectu Dei habet rationem dilectionis, respectu vero creaturarum habet rationem amoris concupiscentiae. II, 590, a.
- In potestate causae secundae, non tamquam causae *per quam*, sed *sine qua non*, est respectus volitionis Dei ad creaturas. II, 590, b-591, a.
- Deus continue influit *esse* rebus, etiam olim a se primo factis, etsi etiam ab aeterno factae fuissent. III, 12, a.
- Deus potuit non producere mundum, etiamsi non prederet mundum duratione. III, 13, b.
- Deus potuit hominem ab aeterno, et in *nunc* stante, producere de materia non praexistente. III, 22, a.
- Quomodo electio salvatur in Deo? III, 22, a.
- Aliqua creatio est Deus, et aliqua creatio non est Deus. III, 26, a.
- In divinis non ita proprie dicitur actio sicut substantia et relatio. III, 26, b-27, a-28, a.
- Quid est conservatio activa Dei, et quomodo distinguitur a creatione activa? III, 28, b, et inde-68, a, et inde.
- Omne aliud a Deo est productum ab eo. III, 29, b.
- Sine Deo conservante nullum ens aliud a Deo potest conservari. III, 29, b, in fine-45, b, in fine, et inde-79, b.
- Deus est causa non solum cujuslibet creaturae, sed etiam cujuslibet operationis ejus, quatuor modis. III, 30, b, et inde.
- Deus est principaliter causa cujuslibet actionis, quam causae secundae agentes. III, 31, a et b.
- Nihil dat *esse*, nisi Deus, ut causa principalis, et causa secundae, ut instrumentalis, agens in virtute Dei. III, 31, b.
- Utrum Deus immediate agat ad productionem effectus causae secundae? III, 46, b-82, a, etc.
- Actionem Dei esse ab aeterno, non autem effectum ejus, nihil dicere prohibet. III, 49, a.
- Deus ab aeterno creavit res, sed res non sunt ab aeterno create (August.). Quis sensus? III, 49, b, et inde.
- Deus non dicitur creator ab aeterno. III, 50, b, in fine-52, b.
- Quomodo differunt executio et *velle* in Deo? III, 51, a.
- Deus ab aeterno operabatur et agebat, non tamen ab aeterno aliquid producebat ad extra. III, 51, a, b, et inde.
- Quomodo intelligendum sit actionem divinam transire in passum? III, 52, a.
- Quatuor modis operatur Deus. III, 52, b.
- Licet Deus possit effective conservare creaturam, non tamen formaliter. III, 56, a.
- Creatura est a Deo tam secundum *esse* essentiae quam secundum *esse* existentiae, sed diversimode. III, 76, a.
- Deus est causa efficiens corporis caelestis, secundum Philosophum et Commentatorem, III, 78, a.
- Deus per se solum conservat in *esse*, generat vero et corrumpit mediante activo naturali. III, 79, b.
- Deus reliquit hominem in manu consilii sui. Quis sensus? III, 80, a - IV, 323, b-327, a.
- Nulli creaturae potest a Deo communicari potentia creandi sicut causae principali, nec sicut causae instrumentali. III, 84, a.
- Potentia creandi non est propria alicui divinae personae, sed communis toti Trinitati, licet approprietur aliquoties personis procedentibus. III, 87, b.
- Deus non potest reparare accidens a suo subjecto in primo instanti in quo ipsum producit. III, 99, a.
- Potentia facientis aliquid ex nihilo (quae est potentia Dei) nullam habet proportionem cum potentia facientis aliquid tantummodo ex aliquo. III, 100, a-107, a.
- Deus operatur in quolibet operante secundum triplex genus causae. III, 101, a.
- Solus Deus dat *esse* primo, et *esse* per se. Quis sensus? III, 104, a-105, a et b.
- Ex distantia quae est inter ens finitum et nihil, non potest probari quod divina potentia creandi non sit communicabilis creaturae. III, 106, b.
- Divina potentia, seu virtus creativa, est necessario infinita. III, 112, a.
- Dixit Deus, et facta sunt.* Quis sensus? III, 118, a.
- In divinis aliquid nomen potest connotare effectum in creatura dupliciter. III, 118, b.
- Deus potest simul esse in pluribus locis. III, 122, b.
- Prius est Deum operari in loco quam esse in loco. III, 130, b.
- Deus non movetur localiter per accidens ad motum sui mobilis. III, 132, a-380, a.
- Deus non potest facere lineam sine punctis. III, 135, b.
- Virtus Dei, quid? III, 136, a.
- Unde sumpsit originem error dicentium esse quosdam deos sensibiles, singiles nobis in natura, qui ingrediuntur ad nos januis clausis? III, 234, b, in fine.
- Id quod de se est non tale, per Dei potentiam non potest fieri tale. III, 238, a.
- In divinis non potest esse universale et particulare. III, 247, a.
- Successiva, si in nihilum redigantur, non potest Deus eadem numero reparare; permanentia autem omnia potest. III, 248, a - VI, 449, a - VII, 1, b.
- Potesne Deus producere plures angelos ejusdem speciei? III, 251, b.
- Deus non potest facere plures animas a corporibus separatas, quin habeant naturalem habitudinem ad illa. III, 252, b.
- Deus loquitur angelis per suam substantiam. Quis sensus? III, 286, a = V, 499, a.
- Solus Deus beatificat creaturam. III, 290, a.
- Proportio essentiae divinae ad intellectum beati est sicut proportio formae ad materiam. III, 309, a.
- Deus non potest videri per speciem creatam. III, 311, b-312, a.
- Deus potuit beatificare angelum in primo instanti suae creationis. III, 356, b.
- Utrum Deus possit movere id quod est corpus in instanti; et quomodo? III, 420, a.
- Cur cognitio Dei in via non necessitet? III, 437, b-444, b, prope finem.
